Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



59

quot per quod spiritalis potestas seu officium tribuitur ordinato. Et ponit ibi potestas quo ad ordines contentos dictos.

Capitulum secundum quot sunt ordines

In mitio ordinum diuisificantur doctores canonistae et theologi. Doctores enim eiusdem dicunt quot sunt nouem, scz psalmistatus, hostiariatus, lectoriatus, exorcistatus, acolitatus, subdiaconatus, diaconatus, presbiteratus et episcopatus. Et forte ratio quae monet doctores canonistas est quia cui quolibet ordine tribuitur spiritalis potestas vel officium ibi est spiritalis ordo. Sed in episcopatu tribuitur spiritalis potestas, et in psalmistatu spiritale officium. Ideo episcopatus est spiritalis ordo, et etiam psalmistatus, ut sic militantes ecclesiae correspondeant tum triumphanti, et sic in triumphanti ecclesia sunt nouem ordines angelorum. Sic in militanti sint nouem ordines ministrorum. Et est satis apta et congruentia. Doctores vero theologi multa et ipsi plures ex eis tenent, quia non sunt nisi septem, quare ponunt, quia psalmistatus non est ordo, nec etiam episcopatus, ut sit septiformis gratia spiritus sancti correspondeant septem ordines, quinquinid sit satis de hoc puto quia psalmistatus non est ordo, sicut nec prima tonsura de qua videtur. Cum psalmistatus conferatur a simplici sacerdote, prima tonsura vero tonsura ordinatur ab episcopo conferitur. Unde ut dicunt doctores prima tonsura non est ordo sed est dispositio ad ordines. Dispositio huiusmodi non necessitat sed gratiae. De episcopatu autem utrum sit spiritalis ordo dubito. Et ideo istud dimitto determinatores maiores. Thomas autem in primo suo dicit quia ordo tripliciter dicitur. Uno modo ex nomine officii et sic psalmistatus est ordo. Alio modo ex nomine cuiusdam spiritalis potestatis, et sic non est finis nisi septem ordines tantum. Et isto modo